UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Censvra Ex Commissione Regii Senatvs Castellæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

Visual Library

CENSVRA

EX COMMISSIONE REGII SENATVS CASTELLÆ.

IVssv Regij Senatus, qua potui dexteritate perlegi librum cui titulus eſt: *Deciſiones & declarationes Illuſtriſſimorum Cardinalium ſacri Concilij Interpretum, quæ in quarto volumine deciſionum Rotæ Romanæ habentur*, editum à doctiſſimo Patre Magiſtro F. PETRO VINCENTIO DE MARCILLA, Cæſaraugustano, Ordinis S. Benedicti, eiuſdemque Magiſtro generali, & in Alma Vniuerſitate Compoſtellana ſacræ Theologiæ Primario prælectore, ac etiam Iuris Pontificij Candidato. Qui liber non tantum immunis eſt à quauis erroris, ſeu falſitatis nota, concorſq; propriis Archetypis à quibus eſt extractus, verum etiam eius Author ita prudenter ſe gerit, in omnimoda obſeruantia, & humili obedientia decreti Pii Papæ IV. prohibentis quoduis interpretationis genus propria authoritate emittendum ſuper decreta Concilii Tridentini, vt neque in iota vno ipſum in ea re defeciſſe ſentiam. Quo fit, vt ſatis tute ac ſumma cum legentium, præſertim Iuri communi incumbentium vtilitate, opus præfatum in publicum prodire, ad idque à Regio Senatu licentiam obtinere iure optimo mereatur: In Conuentu noſtro victoriano Madriti die nono menſis Iunii anno Domini 1609.

F. FRANCISCVS DE TAMATO.

APPRO